



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

19. Cangoximæ primorum Christi fortitudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

cari. Deinde Cangoximæ pœna capitis edixit, ne quis legem autam Iaponiæ, nona lege mutaret; ab Europæis Bonziis allata. Hinc omnes Apostoli conatus, & sudati hæctenus labores ad subigendum fidei id solum, propè subito conciderunt, illa ordinum omnium ardens frequentia, ad concionantem in compitis, & ad disputantem cum Bonziis audiendum, metu ac minis fracta longè dissiliit, solus cum sociis, angustia in casa desertus mansit.

19 At è contratio quorum iam Deus corda tetigerat, & corroborauerat baptismi vis potens; vnde alij abiici, inde ipsi assurgere & quanto pauciores, (nam pauci supra centum erant) tantò electionis suæ gratiam singularem rueri audentiùs; sistere se Xauecio fortiter, accinctos ad exilia, & mortem pro defensione fidei quam erant professi. Hos verò ipse, vt consueuerat, maiorem in noua fundanda Christianitate virtutis docere, quàm multitudinis rationem; vrgere semper ad vltiora; vsu Christianorum operum exercere; stans quotidie horis apud se cogere, recenti aliquo de religione ac moribus documento facturus doctiores. Qua etiam ex causa, selectas è sacris literis paginas, illorum temporibus aptiores, suas item quasdam scriptiones pias, Iaponicè vertit, ac nominatum de vita Redemptoris historiam integram, de qua confessibus singulis vnum, aut alterum mysterium explicans, ea commotione interioris hominis, & diuini amoris excipiebatur ab sancto fortique auditore, vt plausuum loco, lacrimas ederet; tam altis demum, & firmis radicibus, prima hæc Christi germina hæseret, vt manu cultoris multos per annos carentia, retinuerint constanter vigorem à sancto patre olim sibi ingentum, creuerintque perinde accessionibus virtutum, vt si eius præsentis magisterio cohererent. Ac poterat quidem, pusillo gregi Paulus à sancta fide, multum gratia, qua valebat, & incitamento imitandi prodesse & mandarat vir sanctus, curas ab eo in illum intendi, Sed is sexto vix mense extinctus est, ac Deo placuit, virtuti eius eximia debita præmia diutiùs non differre: magno desiderio, & fletu persecuti sunt Xauecium abeuntem, sui neophyti summâque magistro optimo, & profecto iustas egere gratias, quod tantis suis periculis, & ærumnis, altero ex orbe, solem sibi veræ salutis intulisset, alioqui omninò perituris, iamque in exitum æternum ruentibus.

20 Incunte Septembri, duobus cum sociis, Cangoxima exiit, anno 1550. & quòd exhaustis laboribus malignè is ager responderat, benignitatis diuinæ fuit hos illi sudores reponere, præter omnem fortassis expectationem. Eius nomen, & gesta latè circum effusa in arcem peruenerant octauo decimo milliari Cangoximæ; imminebat arx via quæ Firandum itur, quo & ipse tendebat; principi suberat, regis Saxumæ clientis: èd quamquam externus, sed tamen notissimus aduenit, imò ab indigenis quibusdam humanissima vi in eam inducitur. Est hæc rupes ad stuporem opus, si quod aliud vsquam orbe toto visendum, & iure censendum in mundi miraculis. Quicquid locis potest ad defensio-

19

Cangoximæ
primorum
Christi for-
titude.

20

Echandoni
arx è solido
saxo, & clara
illic Xauecij
gesta.